

tem hęc in exemplo dato cōpletebitur 12200.
aur. Quare si 50000. lib. constant 12200. au-
reis, siue 122000. Iulijs, vna libra constabit
 $2\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Iul. vt hic vides.

Lib.	Iul.	Lib.	Iul.
50000.	122000.	12	fiunt $2\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.

Igitur si singulas libras vendat $4\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Iul. Iu-
crabitur de singulis libris Iulios 2.

R E G V L A S O C I E- T A T V M.

C A P . X X .

Regula
socia-
tum, quā
do adhi-
betur, &
quo pa-
cto fiat.
Quoties
regula
trium ad-
hibenda
sit in re-
gula soci-
etatum.
Quando
est diuer-
sitas tē-
porum in
regula so-
cietatum.
quid a-
gēdum.

Sequitur societatum regula immensum
vsum apud mercatores habens, quæ qui-
dem tota nititur regula trium, vt ex pro-
positis exemplis fiet perspicuum. Adhibe-
tur autem, quando plures consortium ineunt,
ita vt singuli summam quandam pecuniæ cō-
ferant, fitque hoc modo. Pecuniæ omnium in
vnam summam colliguntur, & numerus col-
lectus primo loco in regula trium statuitur :
Secundum vero locum occupat lucrum com-
mune, vel damnum, quod ex omnium pecu-
nijs prouenit : Tertium denique locum te-
nent pecuniæ singulorum, &c. ita vt toties
adhibenda sit regula trium, quot sunt illi, qui
societatem inierunt. Quando autem inter-
venit temporum diuersitas, multiplicanda
erit cuiusque pecunia per suum tempus, an-
tequam omnium pecuniæ in vnam summam
colligantur. Deinde hi numeri producti
ce. li-